



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.25. Concilium apparatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

to Decembris, Indictione octava, eodem Sæcul. VIII.
 anno septingentesimo octogesimo quar- A C. 785.
 to, ordinatur. Parens ejus, nomine vit. per
 Georgius, Magistratum integerrime ges- Ignat. 25.
 serat, & Encratiam matrem pietas singu- Febr. Bol.
 laris commendabat. Ipse vero propria to. 5. p. 576.
 virtutis splendore coruscabat.

§. XXV.

Concilium apparatus.

Ecclesiæ Patriarchalis Regimen auspi-
 catus Tarasius Epistolas Synodicas,
 & Fidei Professionem Hadriano Papæ
 misit, cui Imperatrix quoque suo & Fi-
 lli nomine scripsit. Communicato Sy-
 nodi celebrandæ consilio, ambo Princi-
 pes Papam rogant, ut veniat, & antiquam
 Traditionem de Imaginibus confirmet,
 promittentes, se honore congruo venien- to. 7. Conc.
 tem excepturos, & in Italiam remis- p. 32.
 suros. Si ipse venire non possit, rogant,
 ut mittat viros venerabiles, doctosque,
 qui ipsius Epistolas afferant, & vices ge-
 rant. Hæc Epistola data est quarto Cal.
 Sept. Indictione septima, nempe vigesi-
 mo nono Augusti, anno septingentesimo
 octogesimo quarto, biduo priusquam
 Paulus Patriarcha decederet, cujus con-
 silio haud dubie concinnata fuerat. Eam
 deferendam dederunt Constantino, Epis-
 copo Leontino in Sicilia, qui Summo
 Pontifici non erat ignotus. Rogabatur
 Ee 5 etiam

Sæcul. VIII. etiam Papa, ut cito rescriberet, quando
 A. C. 785. esset venturus; non enim dubitabant
 Constantinopolitani, ipsum Papam ad-
 futurum, jamque ad Præfectum Siciliae
 de recipiendo Summo Pontifice manda-
 ta missa fuerant.

Tom. 7. Conc.
 p. 162.

Scriptit quoque Tarasius alteram epi-
 stolam ad Episcopos & Presbyteros Antio-
 chiae, Alexandriae & Jerosolymae dire-
 ctam, in qua ipsius Fidei Professio de Tri-
 nitate, de Incarnatione, & Invocatione
 Sanctorum, de condemnatione omnium
 Hæreticorum, de approbatione sex Con-
 ciliarum Oecumenicorum, & condemna-
 tione Conciliabuli contra Icones convo-
 cati continebatur. Tandem rogat, ut
 singuli saltem duos Legatos mittant, qui
 ipsorum litteras exhibeant, in Concilio
 eorundem vices agant, & ad pacandam
 Ecclesiam operam conferant. In episto-
 la Tarasii ad Papam data, eadem ferme
 legebantur.

Hadrianus Papa responsorias ad Im-
 peratorem & Patriarcham dedit, at-
 que in Epistola ad Imperatorem lo-
 quitur in hunc modum: *Proavus*
 Tom. 7. Conc. *tuus impiorum hominum consilio im-*
 p. 106. *pulsus non sine gravissimo totius orbis*
scandalo Imagines abstulit. Quamobrem
duo Papæ Gregorii, magnopere afflicti, da-
tis saepe ad eum litteris rogarunt, ut Ima-
ginibus

ginibus honorem redderet. *Postea Sancti* Sæcul. VIII.
Antecessores nostri Zacharias, Stephanus, A. C. 785.
Paulus, & alter Stephanus eandem rem ab
Imperatoribus Avo tuo & Patre obtinere
summis precibus conati sunt. Et ego
magna animi demissione te obtestor, ut
eundem cultum Imaginibus exhiberi ju-
beas in Græcia, quem nos eis secundum
Traditionem Patrum nostrorum tribui-
mus. Et post alia: Deum in Spiritu &
veritate adoramus; absit enim, ut Imagi-
nibus Numen inesse credamus! sed nihil
aliud quam venerationis nostræ monumen-
tum sunt. Tum hac materia prolixè ex-
plicata subjungit: Patrum Textus magna p. 115.
cura selectos, quibus Sacrarum Imaginum
cultus commendatur, Tibi mittimus, &
Clementiam tuam ex cordis intimo flexis
genibus & ad pedes tuos prostrati, quasi
præsentes, oramus & obtestamur coram
Deo, ut antiquum Imaginum Cultum tum
Constantinopoli, tum in ceteris Græciæ
Provinciis reduci jubeas. Quod si istud Hadriani Pa-
ob Hæreticorum pervicaciam sine Concilio pæ Epistolæ.
perfici nequeat, inprimis necesse est, ut il-
lud Pseudo-Concilium contra Canones cele-
bratum nostris Legatis præsentibus ana-
thematizetur, tum vero etiam, ut confes-
sionem addito juramento mittas nomine
tuo, Imperatricis Matris tuæ, Patriarchæ
Constantinopolitani & omnium Senato-
rum, nihil te facturum, quod Patrum in
Conci-

Sæcul. VIII. *Concilio præsentium libertatem immi-*
A. C. 785. *nuat, atque Legatos nostros, etiamsi in*
Concilio discordantibus animis nihil sta-
tueretur, secundum humanitatis leges ba-
bitos ad nos remissurum.

Id quoque oro, ut Patrimonia Sancti
Petri ab Imperatoribus aliisque Fidelibus
donata ad luminare Ecclesiæ & alimenta
pauperibus distribuenda, item potestatem
consecrandi Archiepiscopos & Episcopos,
Jurisdictioni nostræ subjectos, secundum
veterem Traditionem nobis reddas. Hæc
de Episcopis Illyrici, quod olim totum
Jurisdictioni Papæ subditum fuerat, ac-
cipienda sunt, quod ad Bonifacium Pa-
pam & annum 421. adnotavi. Patri-
monia autem, de quibus hic mentio
fit, illa sunt, quæ Ecclesia Romana in
Græcia & in Oriente habebat.

Sup. lib.
XXIV.
§. 31.

His Hadrianus Papa subjungit: Mul-
tum mirati sumus, cum vidimus, quod in
Epistola tua Tarasio Titulus Patriarchæ
Universalis tribuatur. Patriarchæ Con-
stantinopolitano nequidem secundus gra-
duS competeret, nisi Sedis nostræ consensus
accederet. Si vero est Patriarchæ Uni-
versalis, ergo etiam super Ecclesiam No-
stram Primatum tenet? sed hæc ambitio
omnibus Christianis visu digna videtur.
Ipsius Tarasii epistolam Synodicam & Pro-
fessionem Fidei ad nos missam magno gau-
dio recepimus; illud vero nobis summope-

p. 118.

re displicuit, quod e statu Laicorum & Imperatoris Aula ad Dignitatis Patriarcbalis fastigium subito evectus fuerit; quod cum Constitutionibus Ecclesiasticis omnino adversetur, in ejusmodi Ordinationem non consensissimus, nisi permovisset nos optima spes, ipsum ad restituendum Imaginum Cultum fidelem operam juncturum.

Deinde Papa Imperatori ob oculos ponit exemplum Caroli Regis, qui, inquit, consilia nostra secutus & voluntatem perficiens, omnibus barbaris Nationibus in Occidente Dominationi suæ subiectis, Ecclesiæ Romanæ Provincias, Urbes, Castra, & Patrimonia, a Longobardis detenta, sed jure ad S. Petrum pertinentia, (*) donavit, & præterea quotidie dona aurea argenteaque ad luminaria & alimenta pauperum offert. Tandem Papa Imperatorem rogat, ut duos Legatos suos, quibus epistolas deferendas committebat, scilicet, Petrum Archipresbyterum Ecclesiæ Romanæ, & Petrum Presbyterum, Abbatem Monasterii S. Sabæ Romæ, foveat. Epistola ad Imperatorem vigesimo sexto Octobris, Indictione nona, nempe anno 785. data est. In Epistola

Id de Jure proprietatis, non vero de Dominio alto seu Principis, Summus Pontifex affirmare videtur.

Sæcul. VIII.
A. C. 785.

p. 119.

Hadrianus
Papa
ad Imperatores.

Sæcul. VIII. stola vero ad Tarasium Patriarcham Pon-
 A.C. 785. tificem ejus Fidei Confessionem approbat;
 & nihil aliud memoratu dignum occur-
 rit.

p. 121.

§. XXVI.

Delegati ex Oriente.

Ep. Orient.
Act. 3. Conc.
7. p. 171.

Duo Legati a Tarasio missi in Orientem
 eo facilius pervenientes, quod tunc
 Romani & Musulmanni inter se pacem
 servarent, neminem prius adierunt, quam
 duos Monachos, qui amore Ecclesiarum
 se mortis periculo exposuerant, & apud
 quos olim hospites sincerissimæ lætitiæ
 signis excepti sunt. His igitur Mona-
 chis Legati Constantinopolitani itineris
 sui causam bona fide aperiunt, Tarasii Epi-
 stolas ostendunt, atque utriusque nempe
 Imperatricis & Patriarchæ mentem san-
 ctam, & Res Ecclesiasticas componendi
 desiderium edocent. Duo vero Mona-
 chi Legatos diligenter occultatos, ne a
 Musulmannis deprehensi, ab Imperatore
 Constantinopolitano immissi explorato-
 res existimarentur, nemini prorsus col-
 loqui, nec quod animo constituerant, ad
 Patriarchas Orientis se conferre passi
 sunt. Sed postquam eos in loco tuto
 condidissent, ad Monachos Palæstinæ stre-
 nue pergunt, a quibus, clam collectis, pe-
 tunt, ut terribili jurejurando se adstrin-
 gerent, mortalium nulli revelaturos ar-
 canum